

si cornicula leuior: quomodo enim uarrone nititur Plinius
nisi reprehendendo: cuius sententie fortiter repugnat: &
auctoritate ueterum atq; nobilium scriptorum: negabis o
cornicula: Quid ni: quando tam confidenter Plinius per
sententiam varronis id sentire ais: cui repugnat adductum:
est testimonium varronis. magis ut refelleret q̄ ut auctorez
haberet. vnde postea breuiter omnes scribendi modos com
plexus ultimo loco: linteos libros & scedas: ut decebat po
suit: quippe posteriora inuenta: apud liuium linteii libri nō
nunq̄ citantur testes gestarum rerum: & quarum nempe ea
rum que ante Alexandri tempora geste sunt q̄ ergo ridicu
le dixeris ceris legendum esse illud: ostendit mox linteis
uoluminibus aut scedis. De pugillaribus q̄ dicis ita pugnant
cum superioribus ex sententia tua. ut nihil sit magis diuer
sum. Nam si ultimo loco. ut ais intulit ceris. quas asseris esse
id quod pugillares. Qui fuerunt ante troiana tempora. quo
modo ultimo loco scriptitatus fuit in pugillaribus. sed esto
ex uarrone hec omnia legantur nunquid ceris continuo le
gi oportebit. aut Georgius dissidentia scripsit: nihil minus
erit enim idem ordo & idem sensus quem supra diximus.
q̄q̄ locus ille totus Plinio ascribendus sit. Sed o uiri latinaruz
uocum diligentissimi indagatores patimini ne aut audire
potestis tam absurdam & tam a uero diuersam expositionē
de sceda. Accipit Georgius scedam pro folio charte. ut nūc
vulgus loquitur. At hic furens pedagogus audet cōtendere
scedam glutinum esse confundens atq; peruertens. & sen
sum & uerba Plinii ad hunc modum. Texunturq; omnes
tabule madentes aqua nili turbidus liquor vim glutini pre
bet cum primo supina sceda allinitur lōgitudine papyri que
potuit esse segminibus utrinq; amputatis trāuersa postea
grates peragitur premitur demū prelis & siccatur sole. atq;
inter se plagule iunguntur. hinc ergo ais scedam glutinum.
O q̄ uera sunt nimis que quidam olim dixit. te tam hebeti
esse ingenio & tenui doctrina: ut fere nunq̄ uerba ipsa scri
ptorum connectere & ordinare scias sentit hic sceda esse no

in alexandria in egypto condita. quod necno dicitur in

